

SYMBOLVM

V. CL.

DOMINI. IACOBI MONAVII.
VERSIBVS ELEGIA-
CIS, BENEVOLENTIÆ CAVSSA,
ALIQVOTIES EX-
PRESSVM

M. HULDRICO SCHOBERO.
IPSE FACIET.

CVM tua mens errat dubio perterrita casu :
Consilium precibus querat anhela Dei.
IPSE, quod ex ysu est, FACIET: nihil IPSE negabit,
Quod petis, in Christi si petis æqua fide.
Quod nemo potis est, FACIET, mala cuncta fugando,
Et bona donando diuine cuncta manu.
Sta pia mens : quæ caussa fugæ : confide: Timorem
Mitte; Triumphabis, sub cruce, fisa Deo,



TORVNII BORVSSORVM,
EXCVDEBAT ANDREAS CO-
TENIVS.

Anno M. D. Lxxxix.

XVII. 236

V. CL. D. IACOBO MONAVIO S. D.

Quanquam non sim nescius, V. Cl. quibus ingeniorum la-
minibus symbolum tuum explicitum atq; exornatum fu-
tamen anseribus quoq; inter olores strepere, & minorum
gentium variis venam experiri suam concessum esse du-
xi. En itaq; conatum meum, qui eis ad eam, ad quam aspirabat, gra-
tiam non accessit: tamen, ut in amoeniores flosculi splendidiorum luce-
vel commendantur, vel obscurantur, ita futurum esse sperauerim, ut ve-
neres, à quibus abest, vel innueniat: vel nauos suos in Musarum tam
illustrium varietate, quae innuenisti quoq; commendat, osculet. Im-
posuit autem hunc mihi laborem memoria eximie humanitatis & vir-
tutis tuae, qua veluti Magne quopiam politissimos quoq; homines ex o-
mni orbis Christiani parte ad benevolentiam tuam allexisti: ut interims
non dicam de excellenti doctrina, & erudita peregrinationis studio, quam
non cupiditatis cuiusdam abiectioris caussa, ut Archestratus, nec unius
cognoscendi homini gratia, ut Gaditanus ille, qui Lueium videre desi-
deravit, sed nobiliorum finium consideratione adductus suscepisti. Non
itaq; mihi frandis est, sive in amore & honore habendum, & hoc leuidensi
munuscule Musis meis deuinciendum putem. Etsi autem purgatione via
deam opus esse, quod hoc qualecumq; carmen, superiori anno ep 18 tra-
nus locumq; perfectum, sicut ex appendice videre est, non cur auerim
maturius in manus peruenire tuas: tamen, remota supinitatis suspicio-
ne, equitatis tuae iudicio acquiesco, cui circulus humanarum rerum &
multiplicia impedimenta satis perspecta sunt. Porro, ut simul & forte
& usuram persolverem, adieci Elogium Bucholceri magni illius & Theo-
logi & Chronologi, de quo cogitanti mihi Agamemnonis optata de Ne-
store, & Darij de Zopyro, in mentem sapenumero veniunt. Sanè si hoc
eruditum seculum eiusmodi ingenij fecundum esset, fortasse perniciosa
Ate turbis consilecentibus, & revocatis Litis sanguinibus à Vinea Do-
mini recessisset. Huius itaq; vire Elogium gratum acceptumq; accidere
tibi discipio, quomodo & reliqua, quibus si tantum honoris haberi conti-
gerit, ut ceteris nitidioribus addenda indicentur, precario, non iure, car-
minibus meis banc lucem conciliatam fatebor: sin vero inaniora & pro-
inde minus idonea, quibus longior vita debeatur, existimabuntur; per me
non stabit, quo minus, inter animalia ἐφίμερα relata, quam primum luce
pruentur, & vel in spongiam incumbant cum Aiace Augusti, vel cum
Claudianis literis semper eterna obliuione deleantur. Par operis iactura la-
cro. Mibi sat is fuerit, si in numeris me tuis ascriptum esse, & in parte alia
quatuor hancere passus sis, quod te virum, in ipso literata Humanitatis
& Gratiarum sim, ut ita dixerim, educatum, libenti animo facturum
esse, nullus dubito, Vale vir cl. Torunij, 6. Id. Junij, Anno 1589.

M. Huldricus Schoberus.

SYMBOLVM CLA- RISSIMI VIRID.IACOBI MONAVII.

Oly dolos Circe reprimens seruauit Ulyssem.
Et uicit magica mista venena manu.
Innumeris fertur Panacea resistere morbis:
Nepenthes luctu iriste leuauit orus.
Sic alys aliae vires queruntur in herbus:
Nulla tamen mortu frangere tela potest.
Sed quam tu riguo carpsisti in Davidis horto.
Unica falciferam perdomat herba necem.
Una graues agramentis lenire dolores,
Plus quam Nepenthes, quam Panacea valet.
Una potest motos animi componere fluctus:
Quid moror? ad quavis damna salubris adest.
O te felicem, non hanc Cylleiu Hermes,
Non Helene plantam, sed Deus ipse dedit.
Ipse pererrantem diuina rosaria Verbo
Dirat, & è Cornu diniti fundit opes.
Nemo, Deum cupido qui corde Sionis in horto
Fernudus Ambrofio querit, inanis abit.
Munere sic Dominitu, vir Clarissime florem.
Quo melior voto non habeatur, habes.
Quisquis cum seruat, Christi securus in ulnis
Dormit, & ex alto despiciit omne malum.
Finge igitur, quamuis, (nullum si d'omine pondus)
Expositus varijs corripiare malis.
Attamen impavidum saibanas te tanger & angel:
Saluuu enim prasens per medicamen eris.
O ita dy faxint, ut nos imitemur ad unum.
Exemplum fidei,clare Iacobe, tue.
Omnibus in j. malis animum tollamus ad astra,
Unde venit latrante serena salus.
IPSE Deus FACIET (Diuini floris amanum.
Uocibus hū clausum nomen & omen inest)
IPSE Deus FACIET, clypeo sicingimur isto,
Vicimus, & portum nostra carina tenet.

P S E, quod oramus, **F A C I E T**, si credere quimus
Quod perimus, faciet, vel meliora dabit.
O fortunatos hortos, ó prata Sionis
Auræ, que florum floribus aucta virent.
Eia cateruatum violaria sacra petamus:
Nam si prospœrior fauerit Aura Dei:
*I*n numeros eius generis capiemus odores,
Qui Styga, qui mortem, qui mala cuncta leuent.

ALITER.

SVL Ultæ beatorum de conditione vetustas
Edidit, à vere luce remota Dei.
In quibus, ut Nisi fluminorum regis in hortis,
Sunt bona mixta malis & mala mixta bonis.
*J*udicij igitur sanis excusa iuuabunt:
Absq; salis grano lecta Napellus erunt.
*F*alsa se fellerunt crebro sub imagine Veri:
Sic mentita fuit nubis imago Deam.
*P*roderit imprimis veterum commenta probatis
Oraclis Verbi composuisse Dei.
*J*nde liguescerit enim, quid distent æra lupinis,
Et quo diffideant illa vel illa modo.
*V*era supra solem fulget sententia, secum
Constat, & in cultu simplice lumen habet.
*F*alsa, fugax lucis, limum cœn sepiæ captat.
*I*nconstans, Phateris ob sita, comta dolo,
*R*espater Exemplis, quam dissentanea vero
Somnia de summo proposuere bono.
*H*ic sibi persuadet Plutum caput esse honorum:
Ile voluptatem regna tenere putat:
*N*on nullis in honore placet sibi ponere summam,
Quos tituli tangit nobilioris amor.
*A*t quos luce sua proprius collustrat Honestas,
Rectius illorum calculus ire solet.
*N*am Virtus fuerit regina fatentibus illis,
Principis illustrem finis ad pia locum.
*H*i meliora docent & conuenientius errant,
Sed tamen errando transilere scopum.
*Q*uin & Aristoteles aquilinum naelii acumen,
Ac Plato quasimum præterire bonum.

Nulli

Nulli inuenta patens ad summum l'anna finem,

Nemo fuit, qui rem tangere posset, acu.

En, quod suscipiat formas temerarius error,

Protea vix credas tot variasse modis.

Ecquis in hoc cæco tenebrarum vortice certus

Esse, beatorum de statione, potest?

Si quid nosse iuvat solidi, veniamus oportet

Ad Christum, Christus vera docere potest.

Quid docet ille autem? numerandos esse beatos

Afferit, innixos speq; fideq; Deo.

Hac utrāq; manu recipi sententia debet:

Nam Patris ex summi fontibus hausta fuit.

Quis quis ob id nostrum desiderat esse beatus

In Christo si spem Rege locabit, erit,

Rebus & in trepidis, tanquam Marpesia Cantes,

Stabit, & Ambrosie tempora pacis aget.

Ergo proculdubio te iure fatetur amici

Participem summi, magne I A C O B E bonis.

Nam te constanter meritis insisteret Christi

Indicio poterit Symbolon esse tuum.

I P S E (inquis) F A C I E T, referens pronomine Christum,

Non aliud nostrum fert onus, I P S E tulit.

Nemo domare necem, lernamq; leuare malorum,

Ipsē domare potest, ipse leuare potest.

Ipsē vicis hominum considerat, ipse dolores

Aspergit, impositam detrahit I P S E crucem,

O ubi nunc virtus, & bonus, ubi blanda voluptas,

Et Plurim? summi sunt leuis umbra boni.

O ubi dementes? qui spem proficiuntur Olympi,

Nec tamen in Domino spem posuere suam.

Vt sunt, Pontificum qui pingua castra sequuntur,

Et iustos operum se fore rentur ope.

Quid dubitamus? erunt, sed quando Platonicum Annus

Perfecto caudam strinxerit orbe suam.

Si, nisi qui meritis cœlestia regna capessit,

Nemo beatus erit, nemo beatus erit.

At nos purpureo conspersi sanguine Christi,

Cœlestis fidei spe capiamus opes,

AD V. CL. D. IACOBVM MONAVIVM.



*ÆC tibi, Musarum Columnen, deducere caput
Carmina disparibus nostra Thalia modis,*

Qua si non poterunt censuram ferre scueram:

Candoris prensant genua benigna ius.

Candoris nino defensa fauore placebunt.

Judicium iudex aequus ille facit.

Connuere solet moderatus ad omnia candor.

Omnia, qua Venia promeruere locum.

Vatibus ac Cygnis Verni fauor aura Faunis,

Nunc stredere minax est Aquilonis hyems.

Utg, gelo stringuntur aquæ, sic Vena Poësis

Frigore torpidior more gelascit aquæ.

Pratereo pestem, Musis inamabile monstrume,

Heu pestem Musis exitial malum.

Non bene procedunt medianti carmina vati,

Quando malum profert ista Medusa caput.

Nam quicquid molimur, abit consumus in auras,

Quando feroci Hecate incuat ista canes.

Vita stupet virtus, animis vigor excidit omnis,

Quando luce mater mortis acerba furit.

Quando virum sternuntur humi, inuenimus senumq;

Perg, vias passim corpora perg, domos.

Strangulat ingenium terror, vel Homerius, opinor,

In tantus posset Charilus esse malis.

Heu mibi, quo tandem mitescent tempore Fata?

An Dominus nostri desit esse memor?

Non ita: sed veniens veniet, missarus ad Orcum,

Quam nos mortifero cinximus ens, luem.

Nos amentatam Furie porrexitimus hastam,

Nos errante manu duximus arma Neci,

Nos saeire Dei cumulatam fecimus iram,

Exegit pœnas ira coacta Dei.

Hoc fassini tamur eam mollire precando,

Sic fiet sensim lenius acre malum.

Produxici causas, Venia quibus ostia pu'fo,

Asperior visus si mibi censor erit?

Quod potui feci, laudem propensa voluntas,

Quando facultatis copia desit, habet.

8 apd

Sapè parum lepidis etiam Venu addit honorem.
Rem condimentis cùm variare inuit.
Et cùm torpedem non aspernata legatur
Gratia, cur Musas horreat illa mea?

ENCOMIVM CLARISSIMI THEO- LOGI ET CHRONOLOGI D. ABRAHAMI BVCHOLCERI.

MUSA BVCHOLCERO servi, dignissimus ille est,
Cui tuus aeterna laude parentet amor.

Nectare defunctum lanit sua mater Achillem,
Hectoris obirexit sic Venu ossa Rosis.

ABRAMI vero cineres aspergat & ungat
Gratia rore suo, melle Thalia suo.

Nobilior virtus non est celanda bonorum,
Excitat Exemplo corda supina suo.

Principio Pietatis ardens eluxit in illo,
Ad verum toto pectore versa Denim.

Sicut Atlantiades Phœbo sua dona sacrauit,
Omnia sic fas est nostra decare Deo.

Sic noster totum Christi se vouti honori,
Corde, manu, studijs, ore, vigore, fide.

Gloria solius Christi queratur oportet,
Hac spectata vero, non sua fama fuit.

Nemibi quis fidum contenderit esse ministrum,
Cui sua, non Domini gloria chara sui est.

Insuper in Sanctos gratissimus ille Magistros,
Ingenium cuculi turpe perosus, erat.

Mulus lacte satur nutricem calce lacefit,
Heu mibi, quot Mulos hac tibi secla fouent!

Pectoris ille etiam flamas frenauit habena
Palladia, sancti Flaminis usus ope.

Pralia Centauris liquit, vepreta Sophistis,
Ocia ducendo rebus amica bonis.

Affectus truculenta Fera est, inimica quieti,
Nec verum offusa nube patere sinit.

Sidera per nebulas vero maiora videntur,
Sic mens errori dat nebulosa locum.

Ac velut à patria longè summotus Ulysses,
Laxato Aolio per scelus utre, fusi:

10282
V
MVS
CL.
HV
DV
M
bili

Sic quis Christi, vento disiecta, fatiscit,
Quam vagus affectus, Tiphys ineptus, agit.
Sed tranquilla fons placidam Moderatio pacem,
Et rem, non umbram, Lucis in arce, vides.
Hac oī virtus Palinuri munus iniret,
Tutior in dubia cymba maneret aqua,
Lapsa, commota fortuna quietior orbis
Eset, & infelix terga dedisset Eris.
Mentibus in doctis residere Modestia gaudet,
Arudibus virtus ista repulsa fugit.
Quod tu, Calliphanes, quod tu, Suffene, renixisti,
Quod tumor in multis ambitionis inest;
Tantum causa mali Ruditas clamosa putetur,
Heu Ruditas populo semper acerba Dei.
Ergo BVCHOLCE RO moderate mentis honorem
Ingenius Pietas artibus aucta dedit.
Nulla viro Sophia pars insuperata remansit.
Utilis ars anima nulla relicta fuit.
Id quod scripta typis edenda, vel edita, rerum
Utilium cornu diuine plena docent.
Praterea nucleus, non siccata putamina VERBI,
Mandendum gregibus prebuit ille suis.
Temporis imprimis seriem dimensus ad ruguem,
Divini ingenij dexteritate, fuit.
Dexteritas animi quosvis euoluere nodos,
Flaminis eterni Numine sis, potest.
Ergo BVCHOLCE RI manus celebrare beatos,
Et suam Charitum spargere rore decet.
I Socratis celebri Siren fuit addita tumbe:
ABRAMI tumulum Numinis ornat Amor,
Et Grauitas, & mista nouem pia Graia Musis,
Et Modio, & domina cum Pietate Fides.
Donec erit tempus, donec superauerit orbis,
Ille Deo carus manserit, ille bonis.
Ringere linor edax, virtus invicta triumphat:
Astra Piam mentem, membra recepit humus.
Sed, Fama commissa bona perniciibus alis,
Lauda eterna viri, docta per ora, volat.

do 3
Excude

F I N I S.